

LG  
1749



1999

2

3690

# ՀԱՄԱԳՈՏԵՎԱՔԻՐԻ

ԳԻՂՈՒ Թ. Ա. ՔԱՀԱՆԱՅԱԳԵՏԻ

Առ ԱՄԵՆԱՅՆ



399

ԵՎԵՂԵՑԱԿԱՆ ԵՐ ԱՇԽԱԲԱԴԱԿԱՆ

ՀԱԿԱՑԱՑԵԱԼՈ

ՈՒՂՂԱՓԱՐ ԱԶԳԻՆ ՀԱՅՈՅ 28086-62

ԳՈՒՅԱՐԴԻ ԿՈՍՏԱԴԻՎՈՎՈՎՈՎ



ՀԱՆԴԵՐ ԵՐԻՒՅ ՅԱԽԵԼԻԱՅՈՎ



Լեռ  
1749


Ի ՎԵՆՆ

Ե ԳԱՅՍ ՊԱՀԵՎԱԿԱՆ ՍՈՒՐԲ ԱԽԵՈՒԹՅԱՆ

1854. ԹՅԴ.

(1749-60)

28 1754



28086-62

9-

ՀԱՅ - ՀՀՀՀ

# ՀԱՅՈՍՏԱԳԻՐ

# ԳԵՂՈՒՔ Բ. Ս. ՔԱՀԱՆՅԱԳԵՏԻ

**Venerabilibus Fratribus Archiepiscopo  
Primiati, Episcopis, ac Dilectis Filiis  
Clericis et Religiosis Viris, cunctisque  
fidelibus Armeniae Catholicae Nationis  
Constantinopolitanae Provinciae.**

# PIUS PP. IX.

*Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, Salutem  
et Apostolicam Benedictionem.*

**N**eminem vestrum latet, Venerabiles Fra-  
tres, ac Dilecti Filii, quo paterno prorsus affectu  
**R**omani Pontifices Praedecessores Nostri ab an-  
tiquis temporibus Armenia vestram Nationem  
tot sane nominibus illustrem fuerint prosequuti,  
et quanta cura, ac sollicitudine Nationem ipsam  
ad catholicam unitatem revocare studuerint. Ne-  
que ignoratis quos fructus divina adspirante gra-  
tia iidem Decessores Nostri ex impensis eorum  
erga vestram Nationem studiis percepient, et  
qua laetitia ipsi affecti fuerint, cum obtinere po-  
tuerunt, ut multi Armenii ad catholicae unitatis  
professionem reversi in ea stabiles et immoti  
persistenter. Ac vobis compertum exploratumque  
est, qua admirabili virtute, et summa eorum no-  
minis gloria Catholici Armenii luctuosissimis tem-  
poribus aspera quaeque cum ipsius vitae discri-  
mine strenue sint perpessi in catholica fide, et  
unitate tuenda ac profitenda, cuius amore et stu-  
dio tantopere flagrabant, et qua assidua conten-  
tione haec Apostolica Sedes suam omnem adju-  
tricem operam Armeniis ipsis praebere nunquam  
intermiserit, ut spiritualibus praesertim illorum  
indigentiis juxta proprium eorum ritum quovis  
modo occurreret, atque consuleret. Et quoniam  
episcopalis Armeniorum Antistitum Hierarchia  
jamdiu restituta in illis dumtaxat regionibus ali-  
quo modo servari potuit, quae a persecutionis  
aestu aberant, idcirco Sancta haec Sedes vel ma-  
xime anxia, atque sollicita de spirituali bono Ar-  
meniorum commorantium Constantinopoli, et in  
finitimis provinciis, ubi Episcopi consistere hand

Առ մեծարդոյ եղբարս՝ առ Կախագահ Արքեպիսկոպոս, առ Եպիսկոպոսունս, եւ առ սիրելի որդիս՝ առ արս կղերականս եւ վանականս եւ առ ամենայն հաւատացեալս ուղղափառ ազգին Հայոց գաւառին Կոստանդնուպոլսոյ :

# ԴԻՈՍ Ը. ՔԱՀԱՆՎԱՐԵՏ

Ո՞ւծարդոյ Եղբարք եւ սիրելի Որդիք, ողջոյն  
եւ օրհնութիւն առաքելական :

Ամեննուդ ալ ծանօթ է, մեծարգոյ Եղբարք եւ  
սիրելի Որդիք, թէ ինչպիսի բոլորովին հայրական  
գթուլ Մեր նախորդ հռոմէական Քահանայապետ-  
ները հնուց ի վեր ձեր այնշափ մեծահամբաւ Հայ  
Ազգը խնամեցին, եւ ինչպիսի փութուլ եւ հոգա-  
բարձութեամբ նոյն Ազգը կաթողիկէ միութեան  
ջանացին բերել: Չէք անտեղեակ թէ նոյն Մեր նա-  
խորդներն Աստուծոյ շնորհաց օդնութեամբը՝ ձեր  
Ազգին ըրած ջանքերնէն ինչ պտուղներ քաղեցին,  
եւ ինչպիսի ուրախութեամբ լեցուեցան, երբ որ  
յաջողեցաւ իրենց որ շատ Հայեր կաթողիկէ միու-  
թեան դաւանութեան դառնալով՝ անոր մէջ հաս-  
տատուն եւ անշարժ կենան: Եւ յայտնի ու ծա-  
նօթ է ձեզի թէ ինչպիսի զարմանալի առաքինու-  
թեամբ կամ զօրութեամբ եւ իրենց անուան մեծ  
պատուվի ուղղափառ Հայերն աղմկալից ժամանակ-  
ներու մէջ նոյն իսկ կենաց վտանգով ամէն տեսակ  
նեղութիւններ քաջութեամբ կրեցին կաթողիկէ  
Հաւատքն ու միութիւնը պաշտպանելուն ու դաւա-  
նելնուն համար, որուն սիրով ու եռանգով այնպէս  
սաստիկ բորբոքած էին. եւ ինչպիսի յարատեւ-  
ճգամբ այս Առաքելական Գահն երբեք զանց չառաւ-  
իր բոլոր օժանդակիչ ձեռնտուութիւնը նոյն Հայոց  
մատուցանելու, որպէս զի անոնց գլխաւորաբար հո-  
գեւոր կարօտութեանցն ըստ իրենց յատուկ ծիսին  
ամէն եղանակաւ նպաստամատոյց ըլլայ եւ հոգ տանի:  
Եւ որովհետեւ Հայ Առաջնորդաց արդէն շատոն-  
ցուընէ շնորհուած եպիսկոպոսական նուիրապետու-  
թիւնը միայն ան երկիրներու մէջ ըստ իմիք կրցաւ  
պահուիլ, որ երկիրներն որ հալածանաց բորբոքմանէ  
զերծ էին, անոր համար այս սուրբ Գահը կոս-  
տանովնուպոլիս ու անոր սահմանակից գաւառներուն

poterant, nullis consiliis sibi parcendum esse duxit, ut eorumdem Armeniorum saluti prospiceret. Quocirca Sancta haec Sedes intentissimo studio curavit et vestrae Nationis Sacerdotes optime instituere, adhibita quoque hujus Urbani Nostri Collegii opera, et illis potissimum Religiosarum Familiarum Alumni animos addere, qui in spirituale vestrae Nationis bonum procurandum sedulo incumberent. Atque etiam probe cognoscitis, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, ab hac Apostolica Sede, ubi primum per temporum adjuncta fieri licuit, Armenium Antistitem episcopali dignitate insignitum in ista Constantinopolitana urbe fuisse constitutum, ac subinde, postquam Armenii catholici ob supremi Turcarum Imperatoris clementiam in rebus praesertim sacris libertate donati fuere (qua cum mutua animorum concordia religionis res majorem in modum vigere, ac florescere possent) Archiepiscopalem Primatelem Sedem in eadem Urbe fuisse erectam pro Armeniis catholicis, eisque proprium Archiepiscopum datum, veluti luculenter testantur Apostolicae Litterae re. me. Pii VIII. Decessoris Nostri<sup>1</sup>). Omnes autem norunt indefessas ac singulares curas a felicis recordationis Gregorio XVI. Praedecessore pariter Nostro adhibitas ad amplissimae illius Dioecesis ordinem rite constituendum, et ad Catholicorum Armeniorum utilitatem, prosperitatemque magis in dies procurandam et vendam. Nos vero ubi inscrutabili Dei iudicio in hac sublimi Principis Apostolorum Cathedra locati fuimus, statim universum, qua late patet, christianum orbem animo et cogitatione complexi, paternae Nostrae sollicitudinis curas in potentem istam Armeniae Catholicae Nationis partem studiosissime, atque amantissime convertimus. Namque opera utentes Venerabilis Fratris Innocentii Archiepiscopi Sidensis, quem extraordinarium Nostrum Legatum ad supremum Turcarum Imperatorem misimus, ut eidem Principi amicabiles animi Nostri sensus exponeret, ac simul officia Nostra deferret, haud praetermissimus ipsi potenti Othomanorum Imperatori Armenios, aliasque omnes catholicas orientales Nationes in ejus Ditione degentes etiam atque etiam commendare. Cum autem Nobis summopere cordi esset majorem Armeniae vestrae Nationis utilitatem procurare, tum eidem Venerabili Fratri commisimus, ut diligenter investigaret in quo statu Armenia ipsa versaretur Natio, atque omnia ad Nos referret, ut, rebus maturo examine persensis, nosceremus quae potissimum consilia a Nobis essent suscipienda ad spirituale vestrae Nationis bonum magis magisque comparandum.

<sup>1</sup> Litt. Apost. Pii VIII. „Quod jamdiu“ et „Apostolatus officium“ die 6. Julii 1830.

մէջ, ուր որ եպիսկոպոս չէր կրնար գտնուիլ, բնակող Հայոց հոգեւորական բարւոյն վրայ սաստիկ հոգի եւ անձկութեան մէջ իշնալով՝ միտքը դրաւ որ բանի մը չխնայէ՝ որպէս զի նոյն Հայոց փրկութեան դարման մը գտնէ։ Որուն համար այս սուրբ Գահը մեծաւ ջանքով հօգ տարաւ թէ ձեր Ազգին քահանաներին աղէկ հրահանգելու, յարելով անոր նաեւ Մեր աս Ռւրբանեան Դպրոցին օգնութիւնը, եւ թէ գլխաւորաբար կրօնաւորական ընտանեաց աշկերտներուն սիրտ տալու, որոնք ձեր Ազգին հոգեւոր օգուտը հոգալու ժրութեամբ զբաղին։ Նաեւ ան ալ աղէկ գիտէք, մեծարդոյ Եղբարք եւ սիրելի Որդիք, որ ժամանակաց պարագաներուն նայելով՝ կարելի եղածին չափ շուտ, այս Առաքելական Գահէն եպիսկոպոսական պատուով զարդարուելով՝ այդ Կոստանդինական քաղքին մէջ Հայ Առաջնորդ մը հաստատուեցաւ, եւ վերջէն՝ ուղղափառ Հայերը Տաճկաց վեհագոյն Կայսեր գթութեամբը մասնաւորապէս նուիրական նիւթերու մէջ աղատութիւն ընդունելէն ետքը՝ (որով միաբան համաշունչ կրօնի բաները կրնան մեծապէս զօրանալ ու ծաղկիլ) ուղղափառ Հայոց համար ան քաղքին մէջ Արքեպիսկոպոսական Նախագահական Աթոռուն գրուեցաւ ու անոնց սեպհական Արքեպիսկոպոս տրուեցաւ, ինչպէս Մեր Նախորդը բարեյիշատակ Պիոս Լ.ին առաքելական նամակները<sup>1</sup>) յայտնի կը վկայեն։ Եւ ամէնն ալ գիտեն նմանապէս Մեր Նախորդը՝ բարեյիշատակ Պիոս որ ԺԶ.ին ըրած անխոնջ ու մասնաւոր ջանքերն ան մեծատարած թեմին համար ըստ պատշաճի կարգ կանոն մը հաստատելու եւ ուղղափառ Հայոց օգուտն ու երջանկութիւնը օր ըստ օրէ աւելի եւս հոգալու եւ յառաջ տանելու։ Իսկ Մենք՝ երբ որ Աստուծոյ անքնին դատաստանաւն Առաքելոց իշխանին այս բարձր Գահն ելանք, անմիջապէս ընդհանուր քրիստոնէական աշխարհքը բոլոր ընդարձակութեամբը մտօք ու խորհրդով բովանդակելով, Մեր Հայրական խնամքն ու հոգը Հայ ուղղափառ Ազգին աս աղնուագոյն մասին վրայ մեծաւ փութով ու սիրով դարձուցինք։ Որովհետեւ մեծարդոյ Եղբօր Խնովիկնետիոս Սիդացւոց Արքեպիսկոպոսին ձեռօքը՝ զորն որ Տաճկաց վեհագոյն Կայսեր Մեր կողմանէ արտաքոյ կարգի գեսպան Խաւրեցինք, որպէս զի Մեր սրտին բարեկամական զգածումներն յայտնէ եւ միանգամայն Մեր մեծարանքն ընէ ան Խշանին, զանց չառինք Օսմանեանց նոյն հզօր Կայսեր մեծապէս յանձնել իր Տէրութեան մէջ բնակող Հայերն եւ ուրիշ բոլոր արեւելեան ուղղափառ աղքերը։ Եւ որովհետեւ Մեզի մեծապէս սիրելի էր ձեր Հայ Ազգին մեծարդոյն օգուտն հոգալ, ան ատեն նոյն մեծարդոյ Եղբօր յանձնեցինք որ ետեւէն իյնայ քննէ թէ ինչ վիճակի մէջ կը գտնուի նոյն Հայ Ազգը եւ ամենայն ինչ Մեզի Հաղորդէ, որպէս զի իրերն հասուն քննութեամբ կշռելով՝ գիտնանք որ ինչ բաներու պէտք ենք ձեռք զարնել ձեր Ազգին հոգեւոր բարիքն առաւել քան զառա-

<sup>1</sup> Պիոս Լ.ին 1830ին, Յուլիսի 6ին Առաք, Նամակները, որոնց սկիզբն է՝ “Զոր ի վաղուց իսկ.. եւ ադաշտոնն առաքելութեան»։

Itaque postquam idem Venerabilis Frater delato sibi munere perfunctus accuratas rerum notitias Nobis praebuit; probavimus varia decreta a VV. FF. NN. S. R. E. Cardinalibus Nostrae Congregationis fidei propagandae edita, atque inter alia illud etiam quo improbata fuit *Societas Connationalis* appellata, ex qua damna plurima oritura esse merito praevidebatur. Hinc Apostolicas Nostras dedimus Litteras, quibus tum ad exitum deduximus quae idem Decessor Noster Pius VIII. sibi perficienda proposuerat, tum alias quinque Armenii Ritus Episcopos constituimus, inter quos magna veteris, et amplissimae Constantinopolitanae Dioeceseos pars fuit divisa.

Dum autem ea profecto spe nitebamur fore, ut nova ecclesiastica Armenia Provincia hisce paternis nostris curis prospere feliciterque vivere ac florescere posset, non sine maximo animi nostri dolore novimus, perniciousas animorum dissensiones in vestram Nationem ab inimico homine jamdiu inductas ita magis in dies invalescere, ut minime deessent, qui ad ejusmodi dissensiones fovendas vel ipsa praetexerent consilia, quibus haec Apostolica Sedes vestram Nationem juvare vel maxime optabat. Quae nunquam satis deploranda animorum discordia graviter exarsit, ubi utraque dissidentium pars scriptis in vulgus editis de religiosis Nationis quaectionibus palam publiceque disserere ac disceptare coepit; quae quidem scripta fuere vicissim exarata hostilibus praesertim asperrimisque verbis, atque sententiis, quae a christiana caritate omnino abhorrent, et iis plane adversantur, quae ad mutuam concordiam tuendam requiruntur, atque in lucem prodierunt inscia, et invita hac Apostolica Sede, quemadmodum per iteratas ejusdem Nostrae Congregationis literas declarandum esse voluimus. Quisque vestrum noscit quae exinde scandala evenerunt non sine levi vestrae Nationis damno, et quo studio Nos, nulla interposita mora, omnem Nostram operam impendere properavimus, ut omnes a Vobis amoverentur contentiones, et dissensiones, earumque germina radicitus extirparentur. Nec mediocri certe jucunditate affecti fuimus, propterea quod primae Nostrae curae optatum habuere exitum. Namque Venerabiles Fratres Antonius vester Archiepiscopus Constantinopolitanus, et Julianus Archiepiscopus Petrensis in partibus Infidelium ac Noster istic Vicarius Apostolicus pro fidelibus Latinis ritus ad Nos venerunt, ac rebus omnibus expositis inter se concordissimis animis plane consensere, ac deinde Nobis probantibus in vulgus ediderunt quae vicissim constituerant. Atque utinam, veluti paterno Nostro cordi jucundissimum fuisset, omnes isti vestrae Nationis ordines pari

մԵՀ Հայթայթելու Համար: Աւստի նոյն մեծարգոյ Եղբայրն երբ որ իրեն յանձնուած պաշտօնը կատարելով՝ իրաց վրայ Ճիշդանօթութիւններ տուաւ Մեզի, Մեր Հաւատոյ տարածման ժողովոյն մեծարգոյ Եղբարց՝ սրբոյ Հռոմէական Եկեղեցւոյ կարդինալներուն հանած զանազան Հրովարտակներն Հաստատեցինք, եւ ի մէջ այլոց ան Հրովարտակն ալ որով շընդունուեցաւ Համապատասխան կոչուած ընթերակունիւնը, որ ընկերութենէ՝ իրաւամբ կը գուշակուէր որ շատ վնասներ պիտի ծագին: Անկէ ետքը Մեր առաքելական թղթերը գրեցինք, որոնցմով թէ Մեր նախորդը՝ Պիոս Լ. ին միտքը դրածները դլուխ հանեցինք, եւ թէ ուրիշ հինգ Հայածէս Եպիսկոպոսներ Հաստատեցինք, որոնց մէջ բաժնուեցաւ Կոստանդնուպոլսուոյ հին եւ ընդարձակ թեմին մեծ մասը:

Եւ երբ որ Մենք այնու յուսով ստոյգ կեցած էինք՝ որ նոր Եկեղեցական Հայ Գաւառն աս Մեր Հայրական Հոգերով կրնայ յաջողութեամբ եւ Երջանկութեամբ բարգաւաճել ու ծաղկիլ, ոչ առանց Մեր սրտին մեծ ցաւոց իմացանք, որ արդէն շատոնցուընէ յառնէ թշնամւոյ ձեր Ազգին մէջ խոթուած վնասակար Երկպառակութեան Հոգիներն օր աւուր վրայ ան աստիճանի կը զօրանան, որ կը գտնուին նաև այնպիսի անձինք՝ որոնք այսպիսի Երկպառակութիւնները տածելու եւ արծարծելու Համար՝ իրենց պատրուակ կ'ընեն նոյն իսկ այն միջոցներն՝ որոնցմով աս առաքելական Գահը ձեր Ազգին օգնելու մեծապէս կը բաղձար: Աս ոգւոց Երկպառակութիւնն՝ որն որ Երբեք ըստ բաւականին չ'ողբացուիր, աւելի եւս սաստիկ բորբոքեցաւ, երբ որ Երկու գժտեալ կողմերն ալ ժողովրդեան մէջ գրուածներ Հրատարակելով՝ Ազգին կրօնական խնդիրներուն վրայ յայտնապէս եւ Հրապարակաւ խօսիլ ու վիճել սկսան, եւ աս գրուածները փոփոխակի բորբոքեցան գլխաւորաբար թշնամական եւ խիստ խօսքերով ու վճիռներով, որոնք քրիստոնէական սէրէն բոլորովին հեռուեն եւ փոփոխ միաբանութիւնը պահելու Համար պահանջուած բաներուն յայտնապէս ընդդէմ են, եւ ի լոյս ընծայուեցան առանց գիտութեան եւ ընդդէմ կամաց այս Առաքելական Աթոռին, ինչպէս ուղեցինք որ նոյն Մեր Ժողովրին կրկին եւ կրկին թղթերով յայտնուի: Ամէն մէկերնիդ ալ գիտեք որ ինչ գայթակողութիւններ անկից հետեւեցան, որոնք ձեր Ազգին քիչ վնաս չհասցուցին, եւ թէ ինչ շանքով Մենք առանց յապաղելու փութացինք բոլոր Մեր Ճիգն ի գործ գնել, որ ամէն կադ ու Երկպառակութիւն մէջերնէդ վերցուի եւ անոնց բողըններն արմատուստ խլուին: Ստուգիւ քիչ ուրախութիւն չզգացինք անոր Համար՝ որ Մեր առջի ջանքերը բաղձացուած ելքն ունեցան: Որովհետեւ մեծարգոյ Եղբարքն՝ Անտոն Կոստանդնուպոլսի ձեր Արքեպիսկոպոսն եւ Յուլիանոս Պետրացւոց Արքեպիսկոպոսն ի կողմանս անհաւատից եւ լատինածէս Հաւատացելոց վրայ Մեր Առաքելական փոխանորդ՝ Մեզի եկան եւ ամենայն ինչ յայտնելով՝ միաբան մոօք մէջերնին բոլորովին իրաւախոչ եղան, եւ վերջէն Մեր Հաւանութեամբը փոփոխակի որոշած

alacritate juxta illa, quae Nostra Congregatio fidei propagandae praeposita monere et insinuare haud omisit, nostris desideriis obsecuti fuissent plane fidentes nostris consiliis et ordinationibus, quae ad commune vestrum omnium bonum unice spectabant. Siquidem haud cogeremur tot deflere damna, et mala, quae in Vos ex animorum prae-  
sertim dissensione cum summo animi nostri moe-  
rore redundarunt.

Cum igitur hae funestissimae contentiones et dissidia minime cessarent, mandavimus, ut eadem Nostra Congregatio fidei propagandae praeposita majori, qua fieri posset, celeritate accuratam cum veterum, tum recentium Armeniae Nationis quaestionum cognitionem diligentissime sibi compararet, illasque in variis conventibus VV. FF. NN. S. R. E. Cardinales ejusdem Congregationis pro singulari eorum prudentia ex more sedulo examinarent, atque perpenderent. Ac de hujusmodi re vehementer solliciti uni ex hisce conventibus Nos ipsi praefuimus, et, auditis eorumdem Cardinalium sententiis, significavimus quae Nostra mens esset de potioribus quaestionum articulis, nunquam intermittentes assiduis fervidisque precibus divitem in misericordia Deum orare, et obsecrare, ut omnipotenti divinae suae gratiae auxilio humilem Nostram operam ad animalium vestrarum bonum dumtaxat intentam juvare, ac fortunare vellet. Cum vero nihil Nobis potius, quam vestrae tranquillitati, ac prosperitati statim consulere, tum res illas perficiendas curavimus, quae ad hunc tam salutarem finem conducerent. Quapropter noscentes vestrae Nationis damna vel maxime aucta fuisse ex commemoratis scriptis in vulgus editis, eadem praecipua scripta, peculiari adhibito examine, prohibenda ac damnanda mandavimus, veluti etiam vehementer improbamus alia omnia, quae ad hoc idem negotium pertinent, quaeque vel ante, vel post damnata illa scripta in lucem prodiere, ac sive armenio, sive armenio vulgari, sive italico, sive gallico, sive quovis alio idiomate sint exarata cum mutuum praesertim odium praeseferant christianaे caritati omnino adversum. Omnia quoque Nostra studia convertimus, ut in isto Constantinopolitano Seminario recta et accurata Cle-ri institutio religiosissime quotidie magis promoveatur: utque Religiosae Familiae meliori usque ordine utantur, et congruum ab eadem Nostra Congregatione fidei propagandae Decretum pro-

բաներնին ժողովրդեան հրատարակեցին : Եւ երանի  
թէ , ինչպէս Մեր հայրենի սրտին հաճոյական կ'ըւ-  
լար , ձեր Ազգին ամէն կարդի մարդիկը նոյն յօժա-  
րութեամբ անբաներու մէջ՝ զորոնք որ Մեր Հաւատոյ  
տարածման վրայ Դրուած ժողովքն ազդ առնել ու  
յորդորել զանց չառաւ , Մեր բաղձանացը հնազան-  
դէին՝ բոլորովին վստահելով Մեր խորհրդոցն ու  
կարգադրութեանց՝ որոնք մի միայն ձեր ամենուն ընդ-  
հանուր բարւոյն կը վերաբերին . չէինք ստիպուեր ան  
ատեն ողբալ այնչափ վնասներն ու չարիքը՝ որոնք դըւ-  
խաւորաբար ոգւոց երկպառակութենէն մէջերնիդ  
շատցան՝ մէծ տրտմութիւն պատճառ ելով Մեր սրտին :

Արդ երբ որ աս աղետալի կոխներն ու հակա-  
ռակութիւնները չդադրեցան, հրամայեցինք որ Հա-  
ւատոյ տարածման համար գրուած նոյն Մեր ժո-  
ղովքն՝ ըստ կարի շուտով Հայոց Ազգին թէ հին եւ  
թէ նոր խնդրոց վրայ ճիշդ ծանօթութիւն մը հոգայ  
պատրաստէ, զորոնք նոյն Ժողովքին Մեր մեծարդոյ  
Եղբարքն՝ Հռոմէական սրբոյ Եկեղեցւոյ կարդինալ-  
ները՝ զանազան նիստերու մէջ իրենց առանձինն խո-  
հեմութեամբն ըստ սովորութեան ճշդիւ քննեն ու  
կշռեն: Եւ ասոր վրայ Մենք ալ սաստիկ հոգ ունե-  
նալով՝ անձամբ աս Ժողովքներէն մէկուն գահերէց  
նստեցանք, ու ան կարդինալաց կարծիքները լսելով՝  
նոյն խնդրոց երեւելի յօդուածներուն վրայ Մեր  
ունեցած միտքն ալ յայտնեցինք, եւ երբեք չդա-  
դրեցանք յարատեւ ու եռանդուն աղօթքով բա-  
զումողորմ Աստուծոյ աղաճել եւ պաղատել որ իր  
աստուածային շնորհաց ամենազօր օգնականութեամ-  
բը՝ ձեր հոգւոց բարւոյն համար միայն ըրած Մեր  
խոնարհ ջանքին ձեռք տայ եւ յաջողցընէ: Եւ  
որովհետեւ ձեր հանդարտութեան ու երջանկու-  
թեան հոգ տանելէն աւելի Մեղի լաւագոյն բան մը  
չկայ, անոր համար ջանացինք ան բաներն ի գործ  
դնել՝ որոնք նոյն փրկաւէտ վախճանին կը հասցը-  
նեն: Ուստի ճանչնալով որ ձեր Ազգին վնասները  
շատ աւելի բաղմացան վերոյիշեալ գրուածները ժո-  
ղովդեան մէջ հրատարակուելով, մասնաւորապէս  
ան գրուածներն առանձին քննութեան տակ ձգե-  
լով՝ հրամայեցինք որ անոնք արգելուին եւ դատա-  
պարտուին\*). ինչպէս նաև սաստիկ կը մերժենք ու-  
րիշ ամենայն գրուածներն՝ որոնք աս նիւթիս  
կը վերաբերին, եւ որոնք որ ան գատապարտեալ  
գրուածներէն կամ յառաջ կամ վերջն ի լոյս  
ընծայուած են, թէ գրաբար հայերէն, թէ աշ-  
խարհաբար հայերէն, թէ իտալերէն, թէ գաղ-  
ղիերէն եւ թէ ուրիշ ինչ եւ իցէ լեզուաւ շինուած  
ըլլան, ինչու որ գլխաւորաբար իրենց մէջ քրի-  
ստոնէական սիրոյն ըոլորովին հակառակ իրարու  
վրայ փոխուս ատելութիւն կը պարունակեն: Նաև  
Մեր բոլոր ջանքը հօն կը դարձընենք որ ան կոս-  
տանդնուպոլսի Կղերանոցին մէջ ուղիղ եւ ճիշդ  
կղերական կրթութիւնն երկիւղածութեամբ միշտ  
առաւել եւս յառաջանայ, ու կրօնաւորական ըն-  
տանիքները միշտ աւելի լաւագոյն կարգով վա-  
րուին, եւ արդէն Հաւատոյ տարածման նոյն Մեր

• Կ'ալինորկէ Ա. Յաւելուածը. տես էջ 16.

ferri jussimus, quod omni ex parte diligenter observari mandamus. Ad omnem autem controversiam ac suspicionem penitus amovendam de Monachorum Mechithistarum Venetiis degentium doctrina, sciatis velimus, a Monachis ipsis luculentam catholicae eorum fidei et doctrinae professionem, ac declarationem debitis adhibitis subscriptionibus ad Nos missam fuisse, quae summa Nobis attulit consolationem, Nostrisque desideriis quam cumulatissime satisfecit. Etenim non solum disertissimis verbis alaci libentique animo profitentur, se excipere omnes ordinationes, et decreta a Romanis Pontificibus et Sacris Congregationibus seu edita, seu edenda, ac signanter illa, quae vetant communicationem in divinis cum schismaticis, verum etiam clare aperteque declarant: „partem eorum Nationis, cuius bonum, et utilitatem praecipue, et unice ipsorum spectat Institutum, infeliciter reperiri sejunctam a communicatione Catholica Apostolica Romana, ac propterea declarant se amplecti, et cognoscere, veluti suos fratres, illos, quos Sancta Ecclesia Romana Apostolica recognoscit uti suos filios, et Armeniorum Schismaticorum errorem damnantes fatentur, illos esse extra veram Jesu Christi Ecclesiam, et profitentur, se numquam intermissuros orare, praedicare, ac tum factis, tum scriptis, tum verbis curare, ut iidem errantes redeant ad solum et unicum Christi Jesu ovile, cuius solus summus Pastor, Caput, et centrum est Romanus Pontifex Petri Apostolorum Principis Successor.“ Atque etiam Vobis significamus, opportuna alia consilia a Nobis fuisse suscepta, ut omnis timor plane deponatur circa Collegia, in quibus Monachi iidem Armeniam juventutem instituunt. Quo vero potissimum opus a Nostris Praedecessoribus inchoatum, et a Nobis ob ordinariam Episcoporum Hierarchiam ad optatum exitum istic adductam absolutum prospere progredi possit, et cum Archiepiscopi Primatis, tum aliorum Sacrorum Antistitum ejus Suffraganeorum electio locum habere queat, oportunas a predicta Nostra Congregatione instructiones dari mandavimus, easque ad ipsum Archiepiscopum, aliasque Episcopos preferendas esse jussimus.

Quae quidem omnia satis superque ostendunt, Venerabiles Fratres, ac Dilecti Filii, quam vehementer de spirituali vestro bono Nos solliciti simus, et quo paternae caritatis studio Armeniam

ժողովքին հրամայեցինք որ ասոր յարմար Հրովարտակ մը դուրս հանուի, որն որ կը պատուիրենք որ ամէն կողմանէ ճշդիւ պահուի: Եւ որպէս զի Վենետիկ բնակող Միսիթարեան Միանձանց վարդապետութեան վրայ եղող ամէն վէճն ու կասկածը բոլորովին մէկդի վերնայ, կ'ուզենք որ գիտնաք թէ նցն Միանձունքն իրենց ուղղափառ հաւատոյն ու վարդապետութեան լուսաւոր դաւանութիւնն ու յայտարարութիւնը պարտուապաշաճ ստորագրութեամբք Մեզի խաւրեցին, որն որ մեծ միթարութիւն տուաւ Մեզի եւ Մեր բաղձանքները լիապէս գոչ ըրաւ: Վասն զի չէ թէ միայն ճոխ խօսքերով յօժար ու մտադիւր սրտիւ կը խոստովանին որ կ'ընդունին Հռոմայ Քահանայապետներէն ու Սուրբ ժողովքներէն հրատարակուած կամ հրատարակելի կարգադրութիւններն ու հրովարտակներն՝ որոնք հերձուածողաց հետ յաստուածայինս հաղորդակցութիւնը կ'արգելեն, հապա նաեւ յայտնի եւ բացայաց կը ծանուցանեն թէ “իրենց Ազգին՝ որուն բարիքն ու օգուան իրենց Միաբանութեան առանձինն եւ միակ նպատակն է, մէկ մասը դժբախտութեամբ կաթողիկէ Առաքելական Հռոմէական հաղորդութենէ անջատեալ կը գտնուի, եւ անոր համար կը ծանուցանեն թէ իբրեւ իրենց եղբարքը կ'ընդունին եւ կը ճանչնան զանոնք՝ զորոնք որ Հռոմէական Առաքելական Սուրբ Եկեղեցին իբրեւ իր որդիքը կը ճանչնայ. եւ Հայ հերձուածողաց մոլորութիւնը գատապարտելով՝ կը դաւանին թէ անոնք Յիսուսի Քրիստոսի Ճշմարիտ Եկեղեցիէն դուրս են, եւ կը խոստովանին թէ երբեք պիտի շդադրին աղօթել, քարողել, ու թէ գործքով, թէ գրուածքով, թէ խօսքով ջանալ որ ան մոլորեանները նորէն Յիսուսի Քրիստոսի մի եւ միակ փարախը գտնան, որուն մի միայն Հովուապետ, Գլուխ եւ Կենդրոն է Հռոմայ Քահանայապետը, Պետրոսի՝ Առաքելոց իշխանին յաջորդը, : Նա եւ կը յայտնենք ձեզի որ ուրիշ դիպող կամ հարկաւոր միջոցներու ալ ձեռք զարկինք, որպէս զի բոլորովին մէկ զի ձգուի ամէն երկիւղ ան Վարժարաններուն նկատմամբ՝ որոնց մէջ նցն Միանձունք Հայ պատանիները կը կրթեն: Եւ որպէս զի ան գլխաւոր գործքը զորն որ Մեր Նախորդներն սկսած էին ու Մենք կարգաւորեալ եպիսկոպոսական նուիրապետութիւն խոթելովիս՝ բաղձացուած վախճանին հասուցինք, կարենայ յաջողութեամբ յառաջ երթալ, ու թէ Նախագահ Արքեպիսկոպոսին եւ թէ ուրիշ նուիրական Առաջնորդաց, այս ինքն անոր օգնական եպիսկոպոսաց ընտրութիւնը կարող ըլլայ ի գործ դրուիլ, հրամայեցինք որ Մեր Նախասացեալ ժողովքին ձեռքով Հրահանգներ դուրս տրուին<sup>\*</sup>), եւ պատուիրեցինք որ ան հրահանգները նցն Արքեպիսկոպոսին եւ ուրիշ եպիսկոպոսաց խրկուին:

Այս ամենայն ըստ բաւականին ու բաւականէն աւելի կը ցուցընեն, մեծարգոյ Եղբարք ու սիրելի Որդիք, թէ ինչպէս ձեր հոգեւոր բարւոյն սաստիկ հոգ ունինք եւ ինչպիսի հայրագութ ջանիւք ձեր

\* Կ'ակնարկէ Բ. Յաւելուածը. տես էջ 17:

vestram Nationem in Domino prosequamur. Nunc vero has Nostras Vobis scribimus Litteras, quibus Vos omnes peramanter alloquimur, ac summopere hortamur, monemus, et obsecramus, ut induatis vos, sicut electi Dei, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, atque arctissimo inter vos concordiae et caritatis vinculo obstricti deponatis omnes simultates, contentiones, aemulationes, iras, dissensiones, ac sequamini in omnibus pacem, et sanctimoniam, et unanimes idipsum sentientes perfecti sitis in eodem sensu, et in eadem sententia, ac solliciti servare in vinculo pacis illam spiritus unitatem, quae a Christo Domino tantopere fuit commendata et inculcata. Quibus amantissimis Nostris monitis, hortacionibus, desideriis, et postulationibus Vos pro filiali vestra erga Nos, et hanc Sanctam Sedem pietate eo magis obsecuturos esse confidimus, quod tristi experientia docti scitis quot calamitates ob animorum discordiam illustris vestra Natio sit perpessa, quae secundis, faustisque rebus usum profecto fuisset, si omnes mutua voluntatum concordia devincti, et invicem diligentes ambulasset in caritate Dei. Memoria igitur repetentes quibus aerumnis propter discordiam afflicti fuistis, ac serio considerantes quod *omnis civitas vel domus divisa contra se non stabit*<sup>1)</sup>, et illud Apostoli monitum prae oculis semper habentes, scilicet, *quod si invicem mordetis, et comeditis, videte ne ab invicem consummamini*<sup>2)</sup>, nihil Vobis omnibus in posterum potius, nihil antiquius sit quam singulari cura et studio christianam inter Vos animorum concordiam fovere, pacem habere, et ea quae pacis sunt sectari. Omnes quidem memineritis qua paterna sollicitudine hanc concordiam Vobis quoque inculcaverit idem Decessor Noster Pius VIII., qui in ista Archiepiscopali Primatiali Constantinopolitanae Sede instituenda suis Apostolicis Litteris finem dedit hisce S. Leonis Magni Praedecessoris item Nostri verbis: „Connexio scilicet totius corporis unam sanitatem, unamque pulchritudinem facit; et haec connexio unius quidem corporis unanimitatem requirit, sed praecipue exigit concordiam Sacerdotum.“ Quae salutaria sane monita denuo pari studio repetere haud omisit alter Praedecessor Noster Gregorius XVI., ut magis magisque Vos omnes ad hanc mutuam animorum concordiam tuendam excitaret atque inflammaret.

Nunc vero sermonem Nostrum ad Vos praecipue convertimus, Venerabiles Fratres, istius ecclesiasticae Constantinopolitanae Provinciae Antistites, ac Vos vehementer in Domino

<sup>1</sup> Matth. 12. 25.

<sup>2</sup> Gal. 5. 15.

laus Ազգը կը խնամենք ի Տէր: Իսկ հիմայ Մեր աս թուղթը ձեզի կը դրենք, որով ձեր ամենուն գորովալիք գթով կը խօսինք, եւ ամենքնիդ ալ մեծապէս կը յորդորենք, կը խրատենք ու կ'աղաւնենք որ Աստուծոյ ընտրելցը նման վրանիդ զգենուք քաղցրութիւն, խռարհութիւն, հեղութիւն եւ երկայնմտութիւն, եւ միաբանութեան ու սիրոյ անձուկ զոդիւ մէջերնիդ կապուելով՝ մէկդի ձգէք ամենայն թշնամութիւն, կագ, նախանձ, բարկութիւն ու հակառակութիւն, եւ յամենայնի խաղաղութեան ու սրբութեան ետեւէն ըլլաք, եւ համաշունչ միախորհուրդ՝ հաստատուիք ի նոյն միտս եւ ի նոյն կարծիս, եւ փութաք խաղաղութեան յօդիւ պահել այն հօգւոյ միութիւնը՝ զորն որ Քրիստոս Տէրն այնչափ յանձնեց ու կրկնեց: Եւ անով աւելի վստահ ենք որ դուք Մեզի ու աս սուրբ Գահուն ունեցած ձեր որդիական սիրոյն համար աս Մեր սիրալիք խրատներուն, յորդորներուն, բաղձանքներուն եւ խնդրուածներուն պիտի անսաք, որովհետեւ տիսուր փորձով սորված գիտէք թէ որ չափ թշուառութիւն կրեց ոգւոց երկպառակութեան համար ձեր երեւելի Ազգը, որն որ ստուգիւ յաջող ու բարեբախտ վիճակի մէջ կ'ըլլաք, եթէ ամենն ալ փոփոխ միակամութեամբ իրարու հետ կապուած եւ մէկզմէկ սիրելով շրջէին ի սէր Աստուծոյ: Արդ եթէ ստէպ մաքերնիդ բերէք թէ ինչ դժբախտութիւններ կրեցիք անմիաբանութեան համար, եւ ծանր մտածէք որ ամենայն տաղաւ կամ պուն բաժանեալ յանչն ի-ը՝ ու հացցէ (Աստմ. ԺԲ. 25), եւ միշտ աչքերնուդ առջեւ ունենաք Առաքելցն ան խրատը, այս ինքն՝ զի նէ զմբանս խաժտակցէն եւ սորիցն, դժոյլ լըրու+ բուցէ ի մօնեանց ստոպակցէն (Գաղատ. Է. 15). ան ատեն ամեննուդ ալ բան մը այնպէս հաճոյ, այնպէս սիրելի չ'երեւար, ինչպէս մասնաւոր փութով ու ջանքով քրիստոնէական միակամութիւնը մէջերնիդ տածել, խաղաղութիւն ունենալ ու խաղաղութեան ետեւէն երթալ: Արդէն ամենքնիդ ալ կը յիշէք թէ ինչ հայրական խնամքով աս միաբանութիւնը ձեզի ալ շատ անգամ կրկնեց Մեր նախորդը Պիոս Հ., որն որ այն Արքեպիսկոպոսական նախագահական կոստանդնուպոլսի Աթոռը հաստատած ժամանակն իր Առաքելական թղթոյն վերջ տուաւ Ս. Լեւոնի Մեծի Մեր նախորդին աս խօսքերովը. “Բոլոր մարմնոյն յօդակապը՝ մէկ առողջութիւն ու մէկ գեղեցկութիւն կը կազմէ, եւ աս յօդակապը՝ թէպէտ մէկ մարմնոյ համաշնչութիւն կը խնդրէ, բայց մասնաւորապէս քահանայից միաբանութիւնը կը պահանջէ,,,: Աս փրկարար խրատները նոյն ջանքով նորէն կրկնեց միւս Մեր նախորդը Գրիգոր ԺԶ., որպէս զի զձեզ ամենքդ ալ աս փոփոխ ոգւոց միաբանութիւնը պահելու առաւել քան զառաւել յօժարեցընէ ու բորբոքէ:

Ուստի հիմայ Մեր խօսքը ձեզի մասնաւորապէս կը դարձնենք, մէծարդոյ Եղբարք՝ կոստանդնուպոլսոյ եկեղեցական Գաւառին Առաջնորդները, եւ զձեզ սաստիկ կ'երդուընցընենք ի Տէր՝ որ երբեք

obtestamur, ut nunquam cassetis concordissimis animis, et ingeminatis studiis qua opere, qua verbo, qua exemplo fideles Vobis commissos ad mutuam concordiam, pacem, et caritatem continenter hortari, inflammare, et cujusque dissensionis motus frangere, atque comprimere. Omnes autem gravissimi episcopalis vestri munera partes summa animorum, voluntatum et sententiarum conjunctione sedulo ac studiosissime obeentes „pascite, „qui in Vobis est, gregem Dei, providentes non „coacte, sed spontanee secundum Deum..... „neque ut dominantes in Cleris, sed forma facti „gregis ex animo<sup>1)</sup>). „In primis vero nullis neque curis, neque consiliis, neque laboribus unquam parcite, ut in vestris Dioecesibus divinae fidei nostrae depositum integrum, inviolatumque custodiatur, ut Clerus rebus optimis sancte instituantur, et ad omnem virtutem, atque ecclesiasticum spiritum accurate fingatur, ac disciplinis praesertim sacris ab omni cujusque erroris periculo plane alienis erudiatur, ut fideles quotidie magis salutari catholicae religionis doctrina, ejusque sanctissimis praceptionibus imbuantur, et per gratiarum charismata confirmentur, quo declinantes a malo, et facientes bonum crescant in scientia Dei, et alacriori usque pede incedant per semitas Domini; et instant viam, quae dicit ad vitam, ut morum honestas, vitae integritas, ac virtus, religio, pietas majora in dies incrementa suscipiant, et in omnium animis vigeant, ac dominantur. Atque in Pastorum Principis exemplum semper intuentes, qui se mitem et humilem corde professus est, quique reliquit nobis exemplum, ut sequamur vestigia ejus, nihil antiquius habeatis, Venerabiles Fratres, quam miseros errantes in spiritu lenitatis, et mansuetudinis ad rectum justitiae et veritatis tramitem reducere, illosque ex Apostoli praescripto arguere, obsecrare, increpare in omni bonitate, patientia et doctrina, „cum saepe plus erga corrigendos agat benevolentia, quam austertas, plus exhortatio, quam comminatio, plus caritas, quam potestas<sup>2)</sup>.“ Quod si interdum gravitatis, ac severitatis partes a Vobis sint adhibendae, quando, levioribus jam frustra adhibitis fomentis morbi gravitas acriora remedia postulat, in delinquentes homines ex Sacrorum Canonum praescripto animadverte temperantes cum misericordia judicium, cum mansuetudine zelum, cum lenitate rigorem, quemadmodum Ecclesiae pastores vel maxime decet, qui se subditis suis pieitate matrem, disciplina patrem exhibere debent.

<sup>1)</sup> Petr. Epist. 1. cap. 5. v. 2. 3.

<sup>2)</sup> Conc. Trid. Sess. XIII. Cap. 1. De Reformat.

չդադրիք միաբան մտօք եւ կրկին ու կրկին ջանքով՝ ձեզի յանձնուած հաւատացեալները՝ երբեմն գործքով, երբեմն խօսքով եւ երբեմն օրինակաւ փոփոխակի միաբանութեան, խաղաղութեան եւ սիրոց ստէպ յորդորել, բորբոքել եւ ամէն երկպառակութեան շարժումները զսպել ու նուաճել: Եւ մեծաւ միաբանութեամբ հոգւոց, կամաց եւ կարծեաց ձեր եպիսկոպոսական ծանր պաշտօնին ամէն մասնցն ուշի ուշով ու ճշդիւ միտ դնելով՝ արածեցէ+ “Ի Եւ հօրդ է Աստուծոյ. Քրտիացու լնել Ո է Էրեւանց՝ այլ համա ըստ Աստուծոյ... Ո է Էրեւ- անցակացն, այլ լնել օրենսկ հօրդն (Ա. Պետր. Ե. 2. 3): Եւ զլխաւորաբար մի խնայէք երբեք ոչ հոգոց, ոչ միջոցներու եւ ոչ աշխատանաց, որպէս զի մեր աստուածային հաւատոյ աւանդը ձեր թեմերուն մէջ ամբողջ ու անարատ պահուի, որպէս զի Կղերը սրբութեամբ բարի բաներու զբաղի եւ ամէն առաքինութեանց ու եկեղեցական հոգւոց մէջ ճշդիւ կրծուի եւ մոլութեանց ամէն տեսակ վտանգներէն զերծ եղող սուրբ Հրահանգներով վարժի, որպէս զի հաւատացեալք կաթողիկէ կրօնից փրկարար վարդապետութեան ու անոր սուրբ պատուիրաններուն մէջ օր ըստ օրէ աւելի եւս Հրահանգուին եւ շնորհաց պարզեւով հաստատուին, որով չարէն խոտորելով ու բարին ընելով՝ աստուածգիտութեան մէջ աճին եւ յօժար ու երագ ընթացքով Աստուծոյ շաւղաց մէջ յառաջ երթան, ու յարատեւեն ան ճամբուն մէջ որն որ ի կեանս կը տանի, որպէս զի բարուց համեստութիւնը, վարուց անարատութիւնն որ քան զօր մէծապէս աճին ու զարգանան եւ ամենուն սրտին մէջ զօրանան ու տիրեն: Եւ միշտ Հովուապետին օրինակին նայելով, որն որ իրեն համար ըստ թէ նեղ եւ ինստրն է սրտի, եւ մեզի օրինակ թողուց որ անոր հետոցն հետեւինք, բան մը այնչափ հաճոյական չերեւայ ձեզի, մէծարդոյ Եղբարք, որչափ՝ ողորմիլի մոլորեանները քաղցրութեան ու հեղութեան հոգւով արդարութեան ու ճշմարտութեան ուղիղ ճամբան դարձնել եւ զանոնք Ըստքելցն Հրամանին համաձայն՝ ամենայն քաղցրութեամբ, երկայնամութեամբ ու վարդապետութեամբ յանդիմաննել, սաստել ու միթմարել, “որովհետեւ ուղղուելիներուն վրայ շատ անգամ աւելի աղջեցութիւն կ'ընէ քաղցրութիւնը՝ քան թէ խստութիւնը, աւելի սէրը՝ քան թէ իշխանութիւնը,<sup>1)</sup>: Վասն զի եթէ արդէն պարապտել թեթեւ դարմաններ ընելնէդ ետքը՝ հիւանդութեան ծանրութիւնը խիստ դեղեր կը պահանջէ եւ երբեմն սաստկութիւն ու խստութիւն բանեցընել հարկ կ'ըլսյ նէ, յանցաւորները սուրբ կանոնաց պատուէրներուն համաձայն նկատելով, դատաստաննիդ՝ գթութեամբ, եռանդնիդ՝ հեղութեամբ, խստութիւննիդ՝ քաղցրութեամբ չափաւորեցէք, ինչպէս որ մէծապէս կը վայլէ Եկեղեցւոց հովիւներուն, որոնք իրենց հպատակներուն՝ գորովով մայր պիտ’ որ ըլլան ու խրատով հայր:

<sup>1)</sup> Ճող. Տրեղենս. դում. ԺԳ. ԳԼ. Ա. Ասն նորոդ..

Vos etiam omnes omnium ordinum affamur, Dilecti Filii Cleri cum Secularis, tum Regularis, qui divino ministerio mancipati elegistis jam Dominum tamquam partem haereditatis vestrae. Propriis Antistitibus, uti par est, subditi, eisque obedientes, ac memores vocationis, et dignitatis vestrae, eam morum gravitate, vitae sanctitate exsequi ac tueri contendite, quo populos in magnum vestri ordinis amorem, venerationemque adducere, ac magnum ecclesiasticae aedificationi incrementum afferre quotidie magis possitis. Quamobrem studiosissime declinantes ab iis omnibus, quae Clericis vetita, quaeque eos nequaquam decent, nihil unquam admittere velitis, quod aliis offensioni esse possit, sed magis magisque curate praebere vosmetipsos exemplum bonorum operum in verbo, in conversatione, in caritate non ficta, in doctrina, in fide, in castitate. Cum vero sive necessitate, sive sacri ministerii ratione compulsi in secularium domibus versari debetis, vestris omnibus actionibus ecclesiasticae personae dignitatem ac magnitudinem ita sustinere contendite, ut virtutum omnium ornata fulgentes sitis bonus Christi odor. Vos autem Religiosi viri prae oculis habentes Decretum ejusdem Nostrae Congregationis die 20. Augosti superiori anno jussu Nostro editum, illud religiosissime servandum curate. Nunquam vero intermittite vos omnes utriusque Cleri viri orationi instare, ac Deum continenter precari, ut uberrima caelestis suae gratiae dona super Vos, et christianum populum propitius semper effundat. Ne cassetis divinarum praesertim litterarum, sacrarumque disciplinarum studia assidue, ac sedulo excolere, quo possitis iis respondere, qui legem de ore vestro requirunt, et mandata Dei illos docere, qui ignorant et errant. Singulari vero industria, ac diligentia quaerentes non quae vestrae sunt, sed quae Jesu Christi sunt, studete, Dilecti Filii, omnia sacri vestri ministerii munia pie sancteque exercere, atque unanimes vestram omnem cum propriis Antistitibus operam praestare nunquam intermittite, ut sempiternam fidelium salutem procurare, ac sanctissimam nostram religionem, ejusque doctrinam magis magisque promovere, et discordiarum semina extirpare, atque christianae concordiae, et pacis amorem omnibus ingenerare possitis. Cum autem omnis sapientia a Deo, tum qui inter vos scientia pollent, ne superbiant unquam, sed humillimas clementissimo honorum

1. *ιωκει δέρθι αλ ληρεινφ, αθρειλι ορηιφ, θει αγιαρχιακάν եւ թէ կրօնաւոր կղերք՝ բնչ եւ իցէ աստիճանէ որ ըլլաք, δέρθι որ աստուածային պաշտաման սպասաւորելով՝ ընտրեցիք զԱստուած իբրեւ ման ձեր ժառանդութեան։ Զեր սեպհական Առաջորդաց, ինչպէս որ պատշաճ է, հպատակելով ու անոնց հնաղանդելով եւ ձեր կոչումն ու պատիւլ յիշելով՝ փոյթ տարեք բարուց ծանրութեամբ ու վարուց սրբութեամբ զանիկայ գործածել ու պահել, որով կարող ըլլաք անանկ լնել որ ժողովուրդը ձեր աստիճանին կամ կարդին վրայ օր ըստ օրէ աւելի եւս մեծ սէր ու յարգութիւն ստանայ եւ եւ կեղեցական շինութեան մեծ յառաջացում բերեք։ Անոր համար մեծաւ փութով խոտորելով ան ամէն բաներէն՝ որոնք կղերականաց արգելեալ են ու որոնք որ անոնց երբեք չեն վայլեր, ամենեւին չընէք այնպէս բան մը՝ որն որ ուրիշներուն գայթակղութիւն կրնայ ըլլալ, հապա ջանացէք առաւել քան զառաւել՝ որ խօսքով, վարմունքով, անկեղծ սիրով, վարդապետութեամբ, հաւատքով ու սրբութեամբ՝ բարի գործոց օրինակ լնէք զձեզ։ Խսկ երբ որ կամ ի հարկէ կամ սուրբ ծառայութեան պատճառաւ ստիպուելով՝ աշխարհականաց տները կը պարտաւորիք գտնուիլ, նայեցէք որ ձեր ամէն գործքերուն մէջ եկեղեցական անձի պատիւն ու մեծութիւնն այնպէս պահէք, որ ամենայն առաքինութեանց զարդուք փայլելով՝ հոտ անոյշ ըլլաք Քրիստոսի 20ին Մեր հրամանաւ Մեր ժողովքին դուրս հանած Հրովարտակն<sup>\*</sup>) աչքերնուզ առջեւ անենալով, փոյթ տարեք որ զանիկայ երկիւղածութեամբ պահէք։ Ու ամէնքնիդ ալ, թէ աշխարհական եւ թէ կրօնաւոր կղերք, աղօթքէն երբեք ետ մի կենաք եւ շարունակ Աստուծոյ աղաւեցէք որ իր երկնաւոր շնորհաց յորդառատ պարգեւները ձեր ու քրիստոնեայ ժողովրդեան վրայ միշտ հեղու գթութեամբ։ Մի դադրիք զիսաւորաբար աստուածային գրոց ու սուրբ հրահանգաց ուսմունքը յարատեւութեամբ ու փութով մշակել, որով կարող ըլլաք պատասխան տալ անոնց՝ որոնք ձեր բերնէն օրէնք կը պահանջնէն, եւ տգիտաց ու մոլորելոց Աստուծոյ պատուիրանները սովորեցնել։ Եւ առանձինն իմն ճգամբ ու փութով չէ թէ ձեր անձանցն՝ հապա Յիսուսի Քրիստոսինը փնտուելով՝ ջանացէք, սիրելի Որդիք, որ ձեր սուրբ ծառայութեան ամէն պաշտօններն երկիւղածութեամբ ու սրբութեամբ կատարեք, եւ համաշունչ ձեր բոլոր օգնականութիւնը ձեր Առաջորդաց երբեք մի զանաք, որ կարող ըլլաք հաւատացելոց յաւիտենական փրկութիւնը հոգալ, եւ մեր սուրբ կրօնքն ու անոր վարդապետութիւնն առաւելապէս յառաջացընել եւ անմիաբանութեան սերմանքն արմատուստ խլել ու քրիստոնէական միաբանութեան եւ խաղաղութեան սէրն ամենուն սիրտը խոթել։ Եւ որովհետեւ ամենայն իմաստութիւն Աստուծմէ է, անոր համար մէջերնիդ գիտութեամբ երեւելի եղողներն երբեք չհպարտա-*

\* Կ'ակնարկէ Ա. Յառելուածը. տես էջ 19.

<sup>1</sup> Matth. 12. 25.

<sup>2</sup> Gal. 5. 15.

omnium largitori Domino agentes gratias, doctrina ad propriam, aliorumque aedificationem semper utantur, serio meditantes, Deum superbis resistere, humilibus autem dare gratiam, et ab Ipso gravius illos judicari, qui plus ceteris acceperint. Nam, uti sapientissime monet S. Gregorius Magnus Decessor Noster, „cum augentur dona, rationes etiam crescunt donorum; ac propterea tanto esse humilior, atque ad serviendum Deo promptior quisque debet ex munere, quanto se obligatiorem esse conspicit in reddenda ratione<sup>1)</sup>.“ Nemo inter Vos unquam reperiatur, qui aliis vestri potissimum ecclesiastici ordinis viris illa dona invidere videatur, ex quibus spiritualis in proximum utilitas possit redundare.

Sed jam os Nostrum patet ad Vos omnes,  
Dilectissimi in Christo Filii Armeniae Catholicae  
Nationis in istis Constantinopolitanae ecclesia-  
sticae Provinciae regionibus degentes cujusque  
ordinis, aetatis, sexus, et conditionis. Vos igitur  
pro summo paterno Nostro in Vos omnes amore  
etiam atque etiam in Domino monemus et hor-  
tamur, ut omnibus simultatibus, dissensionibus,  
aemulationibus, dissidiis depositis, mutuam inter  
vos concordiam et pacem habeatis supportantes  
invicem in caritate. Vobis autem summopere  
cordi sit in catholicae religionis professione quo-  
tidie magis stabiles persistere, ac Nobis, et huic  
Beatissimi Principis Apostolorum Cathedrae fir-  
miter, constanterque ax animo adhaerere, et ope-  
ribus caritatem vel in Deum, vel in proximum  
praeseferentibus semper insistere, ac singula Dei  
et Ecclesiae mandata sedulo exsequi, et omnia  
peragere in nomine Domini Nostri Jesu Christi.  
Subditi estote et obedite vestris Episcopis, quos  
Spiritus Sanctus posuit regere Ecclesiam Dei.  
Ipsis enim vestra salus est commissa, de qua  
severissimam aeterno Pastorum Principi ratio-  
nem aliquando sunt reddituri, ac propterea ipsis  
summopere advigilandum, excubandum, allabo-  
randum, ut vos ad salutis semitam deducant, ac  
doctrinae opportunitate, et veritate infirma con-  
firment, disrupta consolident, depravata conver-  
tant, et verbum vitae in aeternitatis cibum vobis  
alendis dispendant. Quare vestras aures ipsorum  
Antistitum voci, et auctoritati faciles praebete,  
et nunquam eveniat, ut aliquis inter vos existat,  
qui proprio Antistiti resistere, eique legem im-

Նան, հապա Աստուծոյ՝ ամենայն բարեաց գթած  
պարզեւատուին, խոնարհական շնորհակալութիւն  
մատուցանելով՝ այն ուսումնին կամ վարդապետու-  
թիւննին իրենց անձանց եւ ուրիշներուն շինութեան  
միշտ գործածեն, ծանրութեամբ մտածելով՝ որ Աս-  
